

IN IMAGINEM
ILLVSTRISSIMI ET GENERO-
SISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, DN. AVGVSTI
Iunioris: Ducis Brunsvicensum & Lunaburgensum.



Quid Tabulam spectas? mirarier incipe, quisquis
Istius ora Ducis, nec tamen ora, vides.
Istius ore Ducis loquitur Themis; istius ore
Historici, exundant istius ore Sophi:
Istius ore Ducis Pitho insidet; istius ore
Cœlitus optârît Musa Latina loqui:
Istius arte Ducis rimatur celsa Mathesis;
Istius arte Ducis tractat agenda POLIS.

Istius arte Ducis, LVNÆ Gens dia, superbi;
Istius arte Ducis Teutoni culta tume.
Nomen ad auditum, IVLI submittito fasces;
Tu quoq; Rex Ponti, tu Senecane vigor
Cedite maiori: vestra, Dux iste, Minervæ
Omnigenas vno pectore claudet opes. (dis,
Dux hic, hic est, lector; de quo, quantumlibet au-
Quod tamen hic audis, re minus esse puta.

IOH. RODENBURGIUS ANTVERPIANVS F.



© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig

